IEREMIAS DE MONTAGNONE

Bayern?, um 1429

Seite 79v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pides Alexandri tragici poete respondit probabile apud
quem conquererentur quod eo triduo non ultra quam tres
versus maximo impenso labore reducere potuisset
atque ipse centum perfacile scripsisse gloriaretur sed
hoc inquit interest quod tui in triduum tantummodo mei in
omne tempus sufficient. Idem libro iiii ti. de ab-
stinentia. Dyogenes Syracusis cum olera ei la-
vanti Aristipus dixisset si Dyonisium adulari
velles ista non esses ymo inquit si ista esses
velles non adularereris Dyonisium. Idem lib. vi
ti. libere dicta aut facta. Helvius Macia formi-
anus libertini filius ultime senectutis lentius
lictorem apud censores accusabat atque certamine
cum Pompeius humilitatem ei etatemque exprobraret
ab inferis illum ad accusandum dum dixisset non
mentior inquit Pompey. venio enim ab inferis sed
dum cum illis morarer vidi cruentatum Domicium
ac nobarbum deflentem qui summo genere na-
tus integerrime vite patrie amantissimus in ipso
iuventutis flore iussu tuo erat occisus. Vidi pa-
ri claritate conspicuum Brutum ferro laceratum
querentem id sibi primus perfidia et deinde crudeli-
tate tua accidisse. Vidi fuerum Carbone acerri-
mum pueritie tue bonorumque patris tui defenso-
rem in tertio consulatu cathenis quas tu ei ini-
ci iusseras vinctum obtestantemque te adver-
sus omne phas et nephas cum in summo summo
esset ipso a te equite romano esse trucidatum
omnesque una voce indignantes. Quod inde nati
sub te adolescente carnifice occidisset obduc-
ta iam vetustas cicatricibus bellorum civium
vastissima vulnera municipali homine servitutem
paterna recolenti effrenate temeritatis in-
tollerabilis spiritus impune renovare licuit. Ita
quod eo tempore et fortissimum erat gneo Popeyo
maledicere et tutissimum.

Henricus Samariensis libro primo parte ii.
Tu nimium tumes es nimis et tu credis inepte.
Et solus credis prudens esse cato.
Phylosophus nimis es nimium platonior ipso.
Ultra phos mens tua sepe fluit.

De scommatibus i. calidis dictis et comitiis que vulgo in Ytalia dicuntur motti al. bottoni. ca. xix.

Cronica de nugis phorum ca. xxiiii. f. de Bione.
Bib ad eum qui agrum velociter consenserat
ait amphi terra deglutivit tu vero terram.

Frontinus libro iiii ti. v. Leonidas Lacedemonius cum
dicerentur persice sagiptarum multitudine nubes
esse facturi fertur dixisse melius in umbris
propugnabimus.

Marcialis cocus libro undique sl. scripto ca. ii.
Galba dolet cirero quod pede claudicat uno.
Nempe hunc deficere vellet utroque pede.
Idem ca. v.
Colligit umbricius vires a munere bachi.

Valerius maximus libro iii ti. de fiducia sui. Sp-
thanus quidam referente quodam sagiptis persarum
solem obscurari solere bene narras inquit. In
umbra enim preliabimur. Idem libro viiii ti. de
dissimilitudine forme. In Sicilia proconsuli admodum
similis quidam fuit l. quod proconsule dicebat mirari
se quapropter sibi tam similis esset cum pater suus numquam in
eam provinciam accessisset. At meus inquit roma acce-
ssit. Ideo namque lacessita matris sue pudicitiam
in vice suspicione matris eius reiecta visus est.

Johannes Solobriensis Anglicus in policratone lib. iiii.
Octavianus Augusto simillimus quidam adolescens
intravit urbem quem Augustus ad se productum
interrogavit dic michi adolescens fuit umquam ma-
ter tua rome. Negavit ille non contentus adiecit
sed pater meus sepe. Ioci itaque asperitate urbana
notitiam omnium et familiaritatem imperatoris sibi
conciliavit. Idem libro v. Plato cum vidisset
Dyonisium Sicilie tyrannum corporis sui septum
custodibus. Quod tam inquit malum fecisti ut a
tam multis necesse habeas custodiri. Idem
libro viii. Hanibal cum apud Anthiocum regem
moraretur cum persicam fortissime cavillatus est
regem astante exercitum insignis aureis et
argenteis florentem induxerat currus cum fa-
cibus et turribus elephantes et omnem equitatum
frenis ephippiis munilibus ac falleris prefful-
gentem. Cum ergo rex contemplatione tanti ac
tam ornati exercitus gloriabundus Hamba-
lem aspexisset putas ne inquit satis esse roma-
nis hec omnia. Tum penus illudens ignaviam
in bellem militem eius pretiose armatorum plane
inquit satis esse credo si romani avarissimi sint.
Idem libro xii. Antigonus rex Theotrocum Rho-
dium de quo iuraverat quod ei parsurus esset
occidit propter scommata ab eodem de se dictum. Cum enim
qui puniendus ad Antigonum caperetur consolantibus
eum amicis ac spe pollicentibus quod omnino cle-
mentiam clementiam regis experturus esset
cum ad oculos eius veniss respondit.

al. Semen.